



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Pauperis ad Saturnum supplicatio de rerum æqualitate inducenda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

Beda in Col. ait: *Qui sunt tres amici & inimici sine quibus vivere nemo potest? Ignis, lectaneis PP. aqua, & ferrum. Aurum amicum est & inimicum, sed sine eo multi vixerunt, viuunt, viuent.*

## C A P V T III.

*Vel ex Ethnicorum doctrina, paupertatem diuitijs esse  
anteponendum.*

I.



Vide Lipsium  
de Saturnali-  
bus.

Lucian. ep. i.  
Saturnali.

VREV M Saturni sæculum, aut vitam, qualis in Paradiso agebatur, optimam lætissimamque fuisse, vel Poëtae cincernunt. In cuius vita memoriam Romani veteres Saturnalia instituerunt, quibus & ipsi serui conuiuantes, dominis pares essent. Ad hoc festum igitur ritè celebrandum, cum aliquando pauperes viderent se neque nummatos esse satis, neque à ditionibus iuvari, eorum quispiam hanc epistolam ad Saturnum fingitur misse. Evidem & antea tibi scripti, significans quoniam in statu essem, & quemadmodum ob inopiam mihi periculum esset, ne soluo omnium expers relinquerer solennitatis, quam indixisti. Addidi & illud (nam memini) iniquissimum esse, si nostrum alij opibus ac deliciis superfluerent, nihil ex suis facultatibus impertientes pauperioribus, alij rursum fame contabescerent, atque id quidem instantibus Saturnalibus. Verum quoniam tum ad meas litteras nihil respondisti, opera premium existimavi te denuo iisdem de rebus commonefacere. Tuumerat, optime Satyne, sublata hac rerum inéqualitate, bonisq; in medio depositis, postea celebrandum festum edicere. Nam ut nunc res habent, formica camelus, quemadmodum aiunt proverbio. Quin magis tragedia histriō nem animo concipe, qui altero pede praaltis cothurnis sublimis insistat, cuiusmodi sient tragicæ calceamenta, altero verò sit incalceatus. Is si ad hunc modum instruclius ingrediatur, vides necessariò futurum, ut nunc excelsus sit, nunc humili, prout hunc, aut illum pedem viciissim promoverit. Nec minor est in vita nostra inéqualitas, dum illi cothurnis fulci adorante fortuna tragedias in nos agunt. Contrā magna pars pedibus atque humi ingredimur, quum & ipsi, scias velim, nihilo deterius ille fabulam agere possumus atque ingredi, si quis nos quoque ad eumdem instum modum adornarit. Atqui ex poëtis audio nihil barum rerum inter homines fuisse olim, quum tu solus adhuc imperium teneres, verum sellus illis citra serendi arandic laborem bona proginebat, canam unum quicque

qui paratam, vel ad satietatem usque. Porro flumina partim vi-  
num, partim lac, erant autem & qua mel manabant. Quodcumque est om-  
nium maximum, aiunt illos ipsos homines aureos fuisse, ceterum pau-  
pertatem procul ab illis abfuisse. Nos contra non satis idonei sumus qui  
vel plumbum videri possemus, aut si quid etiam plumbo vilius, ut quo-  
rum plerisque virtus labore queritur, ac paupertas, egestas ac de-  
speratio, & illud: Hei mibi, & unde inueniam? O. O fortunam atque  
id genus alia permulta, apud nos nempe pauperes abundant: quamquam  
his de rebus lenius discruciamur, nisi diximus videremus tanta frumenta  
felicitate, qui quidem quum tantum auri, tantum argenti conditum  
habeant, tantum vestium possident, tot mancipia, tot currus, familias,  
agros atque harum rerum omnium magnam vim teneant, tamen adeo  
nobis nihil umquam, de eis impertinent, ut plebeios homines, ne aspectus  
quidem dignentur. Hec, inquam, sunt Saturne, qua nos enecant ma-  
xime, planeque rem intolerandam arbitramur, hunc in purpura accu-  
mabentem tantus opum delicijs affluere, ructantem interim & applaudenti-  
bus amicis perpetuo festum diem agere: me vero, meique similes somniorum  
coniecturas interpretari, secundo foris quatuor oboli contingant, quod u-  
delicet pane, polentaue expleti dormire queamus, nasturtium aut porruncula  
cepasne, alliumne opsonij vice arrodentes. Aut hec igitur, Saturne, ad  
equabilitatem vite mutas corrigasque necesse est, aut quod est postremum,  
illis ipsis interdicas dixitibus, ne soli bonis fruantur, verum e modis aurum  
tam multis vel heminam in omniis nos dispergant. Porro ex vestibus, se  
quas iam atineis excessas, citra suum incommode dare posseint, malintque  
bac prorsus vetustate sicque peritura nobis dare, qui induamur, quam si  
nere, ut incubilibus ac scrinis multa carie computrescant. Præterea ut  
caenent singuli nunc quaternis, nunc quinis pauperibus ad conuinium ad-  
bibitis. Haud isto quidem patio, quo his temporibus conuinia peragin-  
tur, verum popularius, ut aqua sit omnium portio; neque ut hic opsonijs  
ingurgiter se famulo interium adstante atque opperiente, donec herius vo-  
rando præfoetur. Ceterum ubi ad nos venerit, quum vix etiam appa-  
rauerimus admonere manum, protinus ad alios transferatur patina,  
tantum ostensa, vel si quid de placenta reliquum est. Neque illatum  
aprum ita partiatur, ut domino totum dimidium apponat, una cum  
capite, reliquis autem ossa recte apponat. Utque præmonantur pincerna,  
que contentur, donec unusquisque nostrum septies poscat bibere, sed semel insi-  
si pre-

si protinus infundant, & ingentem calicem impletum tradant eque atq; ipsi Domino, ut q; unum & idem vinum conuiuis sit omnibus. Alioqui ubinam ista lex scripta fuit, aut receptus mos, ut hic vino odorato generosoq; temulentus sit, mihi contra masto disrumpatur alius? Hac si correxeris, nouari q; Saturne, tum demū effeceras, ut vita verè vita sit, festum verè festum; sin minus, illi quidem epulentur, nos autem interim sedentes precabimur, ut simul atq; loci venerint, puer subuersam amphoram rumpat, ut q; coquus jus adurat, ac per obliisionem muriam piscium in lensem infundat, ut q; canis in domum irruens opsoniorum artificibus alibi intentis exta deuoret uniuersa, praterea placent & dimidiū. Ut q; sus ac cerus neque non facule inter assandum idem faciant quod Homerius de Solis bobus commemorat: immò uti non serpent solum, verum etiam una cum ipsis verubus in montem abripiant se, fugiantq; ut q; ipse etiam aues pinguis iam ademptis plumis & ad coquendum appareata volatu aufugiant, ne soli illis fruantur: quodq; futurum est illis granissimum, ut formica tales, quales feruntur Indicae, aurum è thesaureis effossum, noctu in publicum efferant: ut q; vestis curatorum indigentia ita ab optimis muribus perforetur, ut cribrum videri posit, nihilq; differat à cassé venatorio, ut q; formosi illorum comariq; puelli (quos Hyacinthos, aut Achilles, aut Narcissos appellare solent) dum ipsis populous porrigunt, subito defluente coma calvi fiant, & acutam edant barbam, cuiusmodi in comedij induci solent Sphenopogones, quibus à cuneata barba nomen inuentum est, ut q; vertex illis asperis ac pungentibus pilis sit hirsus, reliqua capitii parte nuda. Hac atq; his etiam plura illis imprecabimur, nisi desinant usq; adeò suis primatim studere commodis, velintq; in commune diuites esse, nobis quoque, quantum aequum est, imparentes. Hac ad Saturnum pauperculus quidam de famelica hominum natione scripsisse, contra diutes auaros, fingitur, ad inducendam quamdam bonorum omnium aequalitatem, de qua veteres Philosophi sepe disputauerunt.

II.  
Apud Luc.  
ep. 1. Satur-  
nali.

Ad hanc epistolam fertur respondisse Saturnus, bonorum de novo partiendi potestatem, ad se amplius non pertinere, sed regnum suum non nisi ad taxillos vsque, saltationes, cantiones & ebrietatem, & quideam per septem duntaxat dies, se extendere. Iouis esse negotium statuere de tollenda rerum inaequalitate, utque ex aequo omnes aut opibus abundant, aut egeant. Mentem mandatumque suum